



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

† Sufflata à
fœminâ.

in eos hæreditatem divisit. Vixissent sorte
sua contenti Fratres, nisi cupido muliebris
concordiam rupisset. (a) Fuit Herman-
frido uxor Dietheri Gothorum (b) in Italia
Regis filia, † cui Ammelwerta nomen, hæc
paterno tumida spiritu, sexûs avaritiam do-
lis & crudelitate nutriebat, & cum accubi-
turo ad prandium marito, dimidiatam so-
lùm mensam instruxisset, ac dimidiato Re-
gi convenire talem exprobrasset, ulterius
ad exuendos coheredes incitans, *habes, in-
quit, fratres, qui non contenti potissimas partes re-
gni paterni, virtutibus tuis ex integro debiti, præripu-
isse, nostris etiam facultibus insidiantur, nec dubita-
veller quod possunt, possunt autem potentiâ duplo majori
te diripere. Cessat fraternus amor, ubi bona incipi-
unt. Igitur ne ictum expecta, sed quod prudentis
est, averte, ac ubi vires non suppetunt, dolo rem age.
Ecce in primis adhuc hærent consiliis, & sicut accin-
ctis eris impar, ita faciler dum arma cudunt, oppri-
mes. Nec tamen simul laceße, Wertharium sicut im-
becilliozem viribus, sic invidiâ tumidiorem evertet,
faciler postmodum hujus spoliis validior Waldericum
debellabis, & ad paternam potentiam ascendes. Po-
stulat hoc natorum tuorum felicitas, quos frequentes
tibi genui, pluresq; uteris spondet: alias enim vel invidiâ
fratrum exulabunt, vel saltem exigui patrimonii
quod habes, divisione ad privatorum fortunam redi-
gentur.*

† Herman-
fridus Wer-
tharium fra-
trem necat.

II.

Suffecit uxoris oratio ad scelus, quod ut
feliciter perpetraret Hermanfridus, † non fra-

(a) Rivander ad hunc annum.

(b) Aimoinus de gestis Franc. l. 2. c. 9. Buffieres dicto
loco.

fratrem solum, sed gentium jura violat, nulloq; Feciali præmisso, * Wertharium * DXVIII. tale nil metuentem circumvenit & trucidat. Vidit † statim, quò res spectarent Wal- † Necem dericus, nihil ergò cunctatus arma corripit, fratris vin- ac militem legit: Auxerunt exercitum tru- dicare in- cidati fratris subditi necem Domini vindi- cedit Wal- caturi. Cùmque Hermanfridus velitatio- dericus. nibus aliquot impar esset, belli summam, & suæ simul fortunæ committere prælio diffidit, sed cùm vires propriæ non sufficerent, de alienis circumspicit. Erat tunc Theodoricus nominis hujus primus Francorum Rex & potentiâ, & fama illustris, quippe regnum Metense, (a) quod Austrasium postea, tenuit, sedemque suam Metis habuit. † Herman- Hujus † auxilia Hermanfridus rogat, quasi fridus Theo- à fratre iniquissimè impetitus, nec gratis opẽ doricum flagitat, sed † hostilis provinciæ dimidium Francorum (b) spondet. Non erat hic de alieno libera- regem in- lior, quàm dilatandorum finium cupidus vocat. Franco. Prætereà fuit hic Theodoricus † Cum eo nepos ex fratre uterino Hermanfridi: sci- fecit inis licet istius avus Hildericus (c) Rex Franco- rum

A 3

rum

(a) Amoinus & ex eo Buffier hist. Franc. 1. c. 21. ubi tradit quomodo Clodovæi liberi Regnum dividerint. Henschenius in Diatriba de tribus Dagobertis lib. 3. c. 5. Trith. sub Clodovæo, & Clothario.

(b) Sigebertus ad hunc annum.

(c) Gregorius Turonensis Hist. lib. 2. c. 12. Amoinus de gestis Francor. lib. 1. c. 7. & 8. Buffier 1. c. b. latè. hic ille est, qui nuper modo Tornaci inventus & effossus est, de qua Chisletius in Anastasi Childericiana. Vide infr. ad An. 1664.

rum adhuc Ethnicus (a) à suis ob libidinem (quam licet foedifragi, (b) tamen casti Francones odio habebant,) pulsus, in Thuringiam ad Wasinum, quem dixi, fugit, ac profanatâ hospitii sanctitate uxorem ejus violavit. Postea reversus in Galliam, ubi Ægidium (c) origine Gallum, dignitate Patricium, antea à Romanis suis in Gallia reliquis præfectum, interim creatum à Francis Regem in solio reperit, parte regni, Vidomari artibus recuperatâ, quoad Ægidius vixit, contentus. Secuta eum Wasina, Regina Thuringiæ deserto marito. (d) Ex hoc adulterio continuata Mærovingiorum † stirps, & Clodovæus (e) magnus Theodorici ejusq; fratrum Clotharii, Clodomiri, & Childeberti parens genitus. Horum, Amelwerta, quam dixi, fuit ex sorore nep-tis, (f) hinc æmulationis incitamentum. Venit ergo Theodoricus cum selectâ militum manu, quos insignis Francorum disciplina consuetudini bellorum addixerat. Vincitur † impar viribus Waldericus, & omni

† Mæro-
vingiorum
Dynastia ex
adulterio
continuata.

† Vincitur
Walderi-
cus.

(a) Godefridus Henschenius in præfatione Diatribæ de tribus Dagobertis.

(b) Salvianus Massiliensis.

(c) Gregor. Turon. dict. loco. Aimoinus d. loc. c. 7.

(d) Rivander in Chronico Thuringiæ pag. 33. & Hist. jam citat.

(e) Gregorius Turonensis dicto loco. Aimoinus lib. 1. cap. 12.

(f) Sigbertus hoc anno.

omni provinciâ exiit. Verum † Theodoricus (a) frustra fidem ab Hermanfrido expectat, qui per fratrum neces eo potentia jam ascenderat, ut impunè contemnere foederatum posset; nec contentus hic foederis leges non adimplere, sed novis viribus tumidus, injuriam, quam intulit bello continuat. Trucidatis (b) obsidibus Franconia agros ad moenum usq; depopulatur, & eo res devenerat, ut Theodoricus † vicinam potentiam, quam antea divisam, & imbellem despexit, consiliis suis malefanis unitam in visceribus sentiret. * Ergo & Theodoricus opem Clotarii fratris invocat per Neustriam, & Burgundiam imperitantis. Promptior hic ad auxilia, quod Orbi fratris hereditatem speraret. Ambo validum exercitum in Thuringiam ducunt, & ad Ronnebergam † contra hostem castra locant: educuntur invicem acies, initia praelii dolo Hermanfridi turbata: is capacissimam fossam ante exercitum duxerat, instratis ramis, frondibusq; arborum operam, ut una campi series, nec ullibi scissa videretur. Franci solitâ furoris primi vehementiâ, involare hostem, per cespitem ruere, turbari: plures jam ordines fraus absorbuerat, donec eâ cognitâ utrimque declinata fossa, & armis pugnatum est, decertatum æquo Marte in secundam diem,

† Hermanfridus armatus in foederatum vertit.

† Theodoricus opem fratris Clotarii invocat.

* DXXIV.

† Franci ad Ronnebergam cum Thuringis pugnant.

(a) M. S. Chronica Erfurt. Rivander & alii Historici Thuringia. Sigebertus ad annum DXXIII. Trithem. loc. & Abbas Urspergensis.

(b) Gregorius Turonensis Hist. lib. 3. 6. 7.

† *Obsidetur* in arcem † Scheidingam ad Onifrutam flu-
Hermanfr. vium ex acie fugit. Erat hæc munitissima
in Scheidin- ut conatus Francorum facillè frustraret, ac
ga. cum bellum conficere brevi euperent, Sa-

† *Saxones*
sub Duce
Bernwaldo
in æquas
portiones
invocant
Franci.

† *Erumpunt*
obsessi.

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

† *Erumpunt*

diem, (a) tertiâ profligatus Hermanfridus
 in arcem † Scheidingam ad Onifrutam flu-
 vium ex acie fugit. Erat hæc munitissima
 ut conatus Francorum facillè frustraret, ac
 cum bellum conficere brevi euperent, Sa-
 xones in æquas portiones invocant, hi
 Thuringis, ut inter vicinos solet, multum
 infensi, veniunt sub Duce Bernwaldo, † (b)
 Ascaniæ Domino, novies mille armati. Vix
 adsunt, & primo furore, quem spes prædæ
 succenderat, suburbia capiunt, perpetuis
 etiam insultibus obsessos fatigant, quibus
 tandem animos extrema necessitas addi-
 dit, cumque moriendum esset, extra mu-
 ros maluerunt. † Erumpunt ergò in obli-
 dentes in ultione morituri. Sæviit hic fu-
 ror in Francos potissimum, quorum sex
 millia ceciderunt. Dedit clades spem pa-
 cis, quam per Legatos à Theodorico petiit
 Hermanfridus, nec erat ille ab ea alienus,
 cui auxiliaris potentia jam tum invisâ esse
 cœpit, suâ per nuperam eruptionem labe-
 factatâ; Didicerat enim ex perfidia hostis,
 quàm agrè fœdera inter inæquales, & non
 nisi cum onere debiliorum perdurent. Non
 potuerunt hi pacis tractatus Saxones late-
 re, quâ secutâ Francones & Thuringi do-
 mum illos sine præda dimisissent, aut pepu-
 lissent invitos. Igitur exasperati interne-
 cione Hermanfridi negotium abrumpere
 cogitant, & omni conatu Scheidingam
 oppu-

(a) Chronica Thuringiæ.

(b) Ernestus Brotturff in Genealogia Princip. Anhalt.

cap. 1. & 2. ubi Bernthovwaldum nominat.

oppugnant. † Cessit expugnatio feliciter † *Expugnatur Scheidinga.*
 trucidato omni praesidio. Verum elapsus
 erat Hermanfridus cum Uxore & liberis.
 Hoc modo Saxones in Thuringia res suas
 ita firmaverant, ut invitum etiam Theo- † *Pars Thuringiae Sa-*
 doricum ad promissa cogere possent. Affi- *xonibus à*
 gnavit † hic iis omnem tractum inter Oni- *Francis cessa*
 strutam fluvium, (a) & Femanam sylvam, † *Saxeburg*
 cui firmando Saxenburgum † arcem in alto *extruitur.*
 monte extruxere, ipsa verò Scheidinga
 Praefecto militiae Ascaniensi mansit, unde
 hodie dum ejus posteris antiquissimae pro-
 sapiae Ascaniae Principibus illius dominium
 competit. Ipse postea Hermanfridus † † *Herman-*
 spe conciliationis ad Theodoricum voca- *fridus inter-*
 tus ab hoc perfidè interfectus est: Nam *fectus.*
 cum in ambitu muri deambularent, (b)
 Franco Gallus inopinantem dejecit, sicque
 dolo periit, qui alios fraude evertit. Non
 mitius supplicium liberos mansit, atque
 hoc casu Thuringia in Francorum potesta-
 tem lapsa, quam Theodoricus cum sine
 prole decederet, in Clotharium fratrem
 una cum reliquis provinciis Franconia,
 Rheno, Hassia, & Metensi regno transtulit.
 Ast supererant Thuringicae stirpis Regiae
 soboles, (c) sublati fraterno scelere Wer-
 tharii filius & filia. Nec credidit Francus
 possessionem tutam, quamdiu heredes
 Regni superessent, malae fidei indices, &
 magne-

(a) Cranzius lib. 1. c. 31. Brotturff cit. loc.

(b) Chron. Thur. hoc anno. Greg. Turon. 3. c. 8. Aimoinus de gestis Franc. lib. 2. c. 9. (c) Buffier lib. 1. c. 24.

magnetes nutantis vulgus, neque dubita-
vit majori crimine firmare Imperium,
quàm rapuerat: Adolescentem Regium
fortunæ solius culpâ nocentem, quòd à
Rege natus esset, occidit: non minori sce-
lere filiam Radegundem, (a) uxori † Gun-
diacæ superinduxit, sed quæ sexto post an-
no, cùm per adulteri violentiam citius non
liceret, huic thoro valedixit, ac Pictavi
in solitudinem sacram se abdedit, innocen-
tiâ mortem expiatura alienum scelus, imò
eâdem expugnatura cælum, in quo nume-
ro Sanctorum, postquam obiit, adscripta
est. Post hæc, * cum Saxones, quos in vi-
ciniam adduxerat, insolescerent, eos tribu-
tarios fecit, quingentis (b) vaccis † in annos
singulos imperatis, transmisitque per ne-
potes in Dagobertum * (c) Francorum Re-
gem, qui & nominis hujus primus & Ma-
gnus dicitur. Huic Pater Austrasiæ re-
gnum cesserat. (d) Saxones † novum re-
gem aspernantur, tributa negant, (e) insu-
per in Thuringia prædas agunt. Ille à Pa-
tre adjutus ingenti exercitu hostes fundit,
Bernthowaldum Ducem necat, victi prio-
ribus legibus subjecti sunt. Dagobertus
propè Erfordiam confederat: (f) cùm
regi-

† Clotharii
polygamia

* DL.
† Saxones
Francis tri-
butarii.

* DCXXI.
† Dagober-
tus Austrasie Rex.

† Pugnât
contra Sa-
xones.

(a) Gregor. Turon. *hist. lib. 3. c. 7.*

(b) Fredegarius *cap. 74.*

(c) Fredegarius *cap. 47. & 53.*

(d) Godefridus Henschenius *in Diatriba de tribus Dagobertis lib. 1. cap. 4. & seqq.* Fredegarius *cap. 47. & 53.*

(e) Brotturff *in Geneal. Princip. Anhalt. c. 5.*

(f) M.S. Chron. Erfurt.

regiam dignitatem magis campus, quam horrea ista, & casæ decerent. † Nominis † Dagobert-
 fui oppidum ibi reliquit, (a) auctum sæpe *stadii initia*
 in amplitudinem aliquam, sed urbis vicinæ
 studiis iterum depressam. * Postea Wi- * DCXXXVI
 nidi irruerunt in Thuringiam, & Sclavi † † Dagobertē
 (b) Francos infestarunt. Cum rege istorum *cum Saxo-*
 Samone Dagobertus iterum bello confi- *ne bellum.*
 xit, * utque fideles (c) finium tutores Sa- * DCXXX
 xones haberet, † à tributis per Clotharium VII.
 seniore[m] impositis liberos dixit. Fecit in- † Saxones à
 terim commoditas sitis, & labens per si- *tributis li-*
 num fluuius, ut præ cæteris Thuringiæ op- *beros dicit.*
 pidis Erfordia cresceret. Nec intermife-
 runt à Theodorico hucusque Christiani re-
 ges † sementum fidei spargere. Non adeo † Christia-
 cecidit illud feliciter in sulcato necdum a- *nismus pri-*
 gro. (d) Mores illorum (e) corrupti, qui *mò sed mi-*
 vitæ innocentiam probare aliis sacra debe- *nus feliciter*
 bant, Christi legem suspectam reddidère. *in Thuring-*
 Zelus in Sacerdotibus tantæ rei longè im- *iam intro-*
 par, sed & numero defecerunt. Religioso- *ductus.*
 rum cœtus usque ad S. Bonifacium ignoti:
 nam quæ de vetustate quorundam circum-
 feruntur, non suspecta solum, sed jam ante
 sæcula ab Historicis (f) explosa sunt, &
 aper-

(a) Becherer in Chron Thuring.

(b) Fredegarius cap. 68. 74. & seq. Buffier 2. c. 11. & 13.

(c) Fredegarius dictis locis.

(d) Serar. Mogunt. rer. lib. 3. vitæ S. Bonifacii lib. 1. c. 28.

(e) De quibus sæpe quæritur S. Bonifacius in suis epistolis.

(f) Trithemius in breviario annalium lib. 1. pag. 58. & in ma-
 nasterii Hirsaugiensis Chron. pag. 65. vide infr. An. 1074.

* DCC. apertissimis annalibus eliduntur. * Praeterea vicini Saxones Christianis infensi à distractis Francorum in Gallia Regibus deficientes sacra turbarunt.

III. * Supervenit his initiis Winfridus, † virtutibus deinde Bonifacius dictus, qui eundem Sanctis adscripserunt. Hic cum pluribus aliis ex transmarina Saxonia (sic ipse vocat (b) Britanniam :) ad Germaniam conversionem venerat, credo recordationem originis ad has oras zelum istorum determinasse: Etenim seu Angli essent seu Saxones, (c) avitas sedes, & ignotos communis trunci furculos istis in viciniis invenerunt. Is † evacuatam Moguntiae sedem (d) ex Romani Pontificis destinatione conscendit, ac primus Archiepiscopalem fecit, cum antea Wormatiensē suspiceret. Venit in Thuringiam, & in hanc Urbem, † ubi tandem Ethnicismum prorsus extinxit. Cæterum † quæ tunc fuerit Urbis conditio, Bonifacius Zachariae Pontifici per literas nunciat: cum enim Episcopalem Sedem huc locasset, Papæ, à quo confirmationem rogavit, (e) Erphesfurtum jam olim fuisse urbem paganorum Rusticorum scribit. Videntur hæc

(a) S. Ludgerus apud Serarium *Rerum Mogunt. lib. 3. vitæ S. Bonifacii lib. 3. notat. 13.*

(b) In epistola ad Zachariam Pontificem apud Serarium *lib. 3. vitæ S. Bonifacii libr. 2. c. 2.*

(c) Beda *Histor. Anglicanæ lib. 1. c. 15. & lib. 2. cap. 3. 5. 9. &*

(d) Zacharias Pontif. *in epist. ad Bonifacium apud Serar. dict. loc. c. 8. & 15.*

(e) Dicta epistola ad Zachariam.